Praſoidem atq; Chryſopteron, ſimilem chryſopraſo. eius enim tota ſimilitudo ad ſuccum porri dirigitur, Plinius.

T. Thyrſites Corallo ſimilis, in potu ſomnum inducere fertur, Camillus Leonardus.

V. Violam Græci ion vocãt. Ion (gemma) apud Indos violacea eſt, ſed rarò ſaturo colore lucet, Plinius. Imitatur Iaſpis & violas, Eraſmus Stella: de colore nimirũ ianthino, id eſt, violaceo ſentiens. Ego lapidem à Georgio Fabricio iam olim, qui violas etiam odore præ ſe ferret, accepi. At Geodes Miſenus & Berningeri lapis, inquit Agricola, non ipſi olent violam, vt nec Aldenbergij ſaxi fragmenta: ſed muſcus qui eis adhæreſcit.

Muſcus.

Violaceis fluoribus pictores pingunt, Agricola.

DE